

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1749)
Heft: 15

Buchbesprechung: Nova literaria

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 21.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

NOVA LITERARIA.

TURICUM. In illustri hujus Urbis Gymnasio sequentes ex ordine Disputationes publice sunt propositæ :

1.) Theses theologicæ miscellaneæ , quas Præside Viro Clariss. JO. JAC. LAVATERO , S. Theol. Prof. pro consequendo Examine theologicō publice ad d. 23. Jun. defenderunt tres Candidati. Tiguri. 1749. 4. pl. I.

2. Dissertatio Psychologica , qua Mentis humanae Immortalitas ex Justitia Dei defenditur ; Auctore Viro Clariss. DAVID LAVATERO , Philos. Prof. ord. quam publice propugnarunt IV. Candidati. Tiguri. 1749. in 4. pl. 3. In hac vero Dissertatione Clariſs. Autor hoc argumentum ita persequitur , ut ostendat 1.) Deum esse Dominum omnium omnino hominum. 2.) Dari Legem naturalem , cuius Autor sit ipse Deus. 3.) Hanc esse Legem proprie & stricte sic dictam : Non tantum Monitum aut Consilium. 4.) Hanc Legem esse immutabilem , æternam proinde & necessariam. 5.) Neque actiones hominum liberas esse indifferentes ; neque Deum indifferentem esse harum actionum spectatorem. 6.) Explicatur Justitiae divinæ indoles. 7.) Hanc Justitiam neque in præsenti hac vita , neque circa morientes sese exserere uti Deo esset dignum , si anima cum corpore interiret , ostenditur. 9.) Animam per consequens a morte corporis superstitem esse , & quidem

dem in statu ad compensationem a Justitia divina
acciendam habili, concluditur.

3. Theses Theologicæ ex capite de Scriptura
S. de promtæ, quas Præside Viro Clatiss. J. JA-
COBO LAVATERO, S. Theol. Prof. pro con-
sequendo Examine theologico publice mense Octo-
bri III. Candidati tuebantur. Tiguri. 1749. in 4. pl. 2.

II. Dedit nobis Officina Heideggeriana Operis
desideratissimi, quo Religionis Christianæ summa
Capita plane & perspicue explicantur & ad vitæ
christianæ praxin informandam deducuntur, Li-
brum VI. sub titulo: *Johann Friedrich Sta-
pfers, Grundlegung zur wahren Religion.*
Echster Theil. Zürich. 1749. in 8. pl. 43. Com-
prehenduntur hoc libro, quæ restant ex Cap. XIV.
de Lapsu hominis & quæ cum eo sunt conjuncta.
Caput XV. De necessitate, attributis, persona &
nominibus Soteris humani generis: Et quædam
ex Cap. XVI. de triplici Soteris munere & Officio.

III. Apud *Byrcklinum* prostat: *Sammlung
ausgerlesener H. Reden, so bey Fest- und Com-
munions-Anlässen von den berühmtesten Fran-
zösischen Predigern gehalten worden.* In das
Deutsche übersetzt von einem Liebhaber der wah-
ren Gottseligkeit. Zürich. 1749. in 8. Iste Fa-
sciculus comprehendit hos XII. Sermones Sacros.
1.) Das gütige Anschauen Gottes. Jes. LXVI: 2.
Communions - Predigt von Hrn. J. Basnage.
2.) Die grosse Wichtigkeit des Heils. Hebr. II: 3.
Communions - Predigt von Hrn. Dan. de Su-
perville. 3.) Vorbereitungs - Predigt zum H.
Nachtmahl über Ps. XXXII: 1, 2. von Hrn. Franc.
Rivallon.

Rivasson. 4.) Danksgungs-Predigt nach dem Gebrauch des H. Nachtmahls über Joh. I: 16. von Hrn. de Superville. 5.) Weyhnacht-Predigt. Joh. I: 14. von Hrn. P. du Bosc. 6.) Das Verlangen nach dem Himmel. Philip. I: 23. Neujahrs-Predigt von Hrn. Jean Colas de la Treille. 7.) Passions-Predigt über Rom. IV: 25. von Hrn. du Bosc. 8.) Oster-Predigt über Rom. IV: 25. von dito. 9.) Oster-Predigt über I. Cor. XV: 19. von Hrn. Osterwald. 10.) Aufsahrts-Predigt über Luc. XXIV: 50, 51. von Hrn. de Superville. 11.) Pfingst-Predigt über Gal. V: 22. von Hrn. du Bosc. 12.) Bättags-Predigt über Mich. VI: 9. von Hrn. Saurin. Appendicis loco adjicitur, Hrn. Berseths, Decani des Capituls zu Mydau, Vorbereitung zum würdigen Gebrauch des H. Abendmahls. Vir nobilis & pius, qui hos Sermones ex gallico idiomate transtulit, hac sua opera non inclarescere, sed prodesse voluit, quod se consequi posse persuasum habet, si quidem Deus adspiraverit, quamvis nomen suum non innotescat, quamvis etiam plerique ex his Sermonibus jam in aliis Libris & collectionibus translati a germanis legi possint.

IV. Idem typis suis exscripsit: Der den Gläubigen zu Thessalonich die Gnade unsers Herrn Jesu Christi herzlich anwünschende; Hingegen um die Fürbitt der Gläubigen zu Rom einbrüngt anhaltende Heil. Paulus, vorgestellt in zweien Predigten von Hs. Jacob Fries, Diener der Kirche zu Winterthur. Zürich. 1749. 8. pl. 5.

V. Te-

V. Temere & sine autoritate idem Typographus cum repetitis editionibus Libri Ecclesiæ nostræ Symbolici , qui *CATECHISMUM Turicensem* brevibus Dialogismis & S. Scripturæ testimoniis confirmatum exhibit , conjunxit libellum , cui titulus : **Die Sicherheit des Glaubens fürgestellet in der Lehre von den Heil. Sacramenten zur Unterrichtung neu - angehender Fischgenossen , zum Trost der Schwachgläubigen , und zum Schreiben der Gottlosen ; durch einen getreuen Dienner Gottes.** Atque hac arte effecit , ut imperitiores sibi persuaserint , hunc appendicem ad integratatem Libri Ecclesiæ symbolici pertinere , & quicunque appendicula hac destituantur , insigni aliquo defectu laborare , cum tamen nonnisi hominis privati & anonymi scriptum sit , in quo hinc inde majorem perspicuitatem & simplicitatem jure merito desiderare possis : v. gr. Quæstione 47. & 48. ubi inter alia dicitur , daß jeder (der die H. Sacrament braucht) mit denselben als mit Sieglen versiegelt werde. Quæst. 52. luce indiget : Ita etiam Qu. 95. 126. 142. 164. 171. 196. 197. 210. 269. Quæstione 140 , an solida sit loci Jesaj. XLIII : 1. applicatio videant alii.

VI. *Gessnerus* scil. Typographus , ut votis & desideriis solide doctorum & veritatis studiosorum Virorum , aliquando satisfaciat , prælo subjiciet Viri celeberrimi J. JAC. ZIMMERMANNI *Opuscula theologici , philosophici & historici argumenti , quæ duobus Voluminibus in 4. complectetur.*

VII. Idem *Gessnerus* e prælo suo iterum prodire curavit : **Geistliche Himmels - Leiter des gläubigen**

bigen Christen-Volks, bestehend in auserlesenen Kern-Sprüchen der H. Schrift, geistlichen Gebätern und aufsteigenden Herzengesufzern, auch Himmel-erbaulichen Lebenslehren, aus Joh. Arndts und andern Schriften mit Fleiß zusammengetragen. 1749. 8. pl. 30.

VIII. Idem quoque ut iis, quibus oculorum acies debilitata est, inserviret, grandiore ac pinguiore charactere repräsentavit: Die Psalmen Davids durch D. Amb. Lobwasser in teutsche Reimen gebracht: Zu zweyen Stimmen ausgezett, samt andern auserlesenen Psalmen, Fest- und Kirchen-Gesängen, der Kirchen Gottes zu gutem scil. mit allem Fleisse herausgefertigt. 1749. in 8. maj.

IX. Debeimus etiam Officinæ Gessnerianæ opusculum multum ex aliquo tempore desideratum: N. Wernickens, ehemaligen Königl. Dānischen Staats-Raths und Residenten in Paris, Poetische Versuche in Ueberschriften; wie auch in Helden- und Schäfergedichten. Neue und verbesserte Auflage. Zürich. 1749. 8. pl. 24. Maligno ac invido quodam fato hujus Libelli memoria longo tempore ita fuerat obliterata, ut proxime ab interitu & oblivione hominum abesset, & in paucis quibusdam Bibliothecis q. sepultus jaceret. Hanc ignominiam Teutonicæ urbanitatis restauratores nostrates superioribus annis abstulerunt atque hujus Libelli aliquod desiderium suscitarunt, quod nova isthæc editio penitus explebit. Curavit autem hanc editionem Vir elegantioris Litteraturæ studiosissimus J. Georg. Schultessius.

BERNA.

BERNA. Hic a summo Magistratu Disciplina-
rum mathematicarum Professio publica recens in-
stituta est , pro qua rite consequenda legitima eru-
ditionis suæ Specimina publice dederunt :

I. Ad d. 21. Aprilis. NICOLAUS BLAUNER,
V. D. M.

A. Materia Prælectionis matutinæ erat : *De Usu
Mathesecos in vita humana.*

B. Disputationis pomeridianæ materiem sup-
peditarunt sequentes QUÆSTIONES :

1. An sit absurdum pro Cathedra Mathematica
disputare ?

2. An numerorum divisio in integros , fractos ,
& surdos sit adæquata ?

3. An Quadratura Circuli , aut Hyperbolæ sit
Geometricæ possibilis , nec ne ?

4. An angulus contactus in circulo dici possit
minor quocunque angulo acuto rectilineo ?

5. An agrum planum dimetiendi via expeditis-
sima sit illa Socratis , nempe per quadrata , &
triangula rectilinea ?

6. Quænam in cuneo debeat esse ratio poten-
tiæ ad resistentiam , ut æque polleant ?

7. An pressio & vis differant ? & si differunt ,
an sint inter se communicabiles nec ne ?

8. An machinæ juste redigantur ad quinque or-
dines , & quænam sit principalis ?

9. An vis inertiae sit principium regularum mo-
tus ?

10. An præminentiae in alis propugnaculi , se-
cundum methodum Vaubani *Orillon* vocatæ , plu-
ris impedimento sint , quam vero proficiant ?

11. Quamnam debeat habere rationem pondus
pulveris

pulveris pyri ad pondus grandinis pyrotechnicæ?

12. An in cuniculis quantitas pulveris pyri determinari possit, ad elevanda & præcipitanda propugnacula?

13. An periodus Juliana sit optima Methodus ad conciliandas Æras?

14. An melior sit Reformatio Calendarii Juliani a Protestantibus facta anno 1700. quam illa Pontificis Maximi Gregorii XIII. per τετρακοσιοτεράδινη Lilianam?

15. An in Histiodromia via navis sit circularis, an vero sit linea ἐλιξιόδης?

16. An possibile sit invenire longitudinem loci, in quo versamur, in navigationibus, ad quodvis tempus, & qualibet die?

II. Ad d. 23. Aprilis. J. FRANCISCUS de MONTAGNY, V. D. M. Pastor in *Mont & Romanel*, Philos. in Academia Lausan. Prof. honor.

A. Materia Prælectionis matutinæ erat: *De Methodo mathematica, & quo sensu sola infallibilis dicatur.*

B. Materiem disputationis pomeridianæ suppeditarunt QUAESTIONES sequentes:

1. An in Mathesi tanta sit certitudo, quanta vulgo creditur?

2. Quænam sit origo Arithmeticæ vulgaris decimalicæ, & quænam ejus supra Tetracticam Weigelii, Binariam Leibnitii, aut aliam qualemque, præstantia?

3. Quid sit linea recta? & quomodo omnium a puncto ad punctum ductarum minima?

4. An merito Pythagoras ἐπατόμβην immolaverit pro invento suo Problemate, quod quadratum hypotenuse æquale sit quadratis Cathetorum?

5. An

5. An vera proportio diametri ad peripheriam geometricam sit possibilis, & quænam hucusque sit proxima?

6. Quodnam sit totius mechanicæ principium maxime universale?

7. Quomodo sit dirimenda controversia de vi-
riū vivarum mensura?

8. An perpetuum mobile sit possibile?

9. Quænam sit optima methodus coercendi
Torrentes intra alveum? & an magis per muros,
quam vero per virgeta coerceri possint?

10. An hodierna opera munimentorum, Par-
mularum, sive *ravelinorum*, Semilunarum, ve-
terum operibus cornutis, coronatis, forcipula-
rum sint præferenda?

11. An rectus propugnaculi angulus sit optimus?

12. Quousque globus ex tormento explosus
pergit moveri per lineam rectam (Germanice *nach
dem Kernschuß*) an vero statim globus explosus de-
scribat parabolam?

13. An superficies Terræ undiquaque æquali-
ter distet a centro? an non depresso sit circa po-
los, vel circa æquatorem?

14. An non melior Cyclus, quam novem de-
cemnalis, sive aureus excogitari possit, ad mo-
tum Lunæ & Solis periodicum conciliandum?

15. An non Gregorius XIII. Pont. Rom. sup-
putationem suam astronomicam, in determinati-
one anni solaris astronomici, ab illa a Gelalo
d'Daula Selgjudica Mesopotamiæ Principe inven-
ta, desumserit?

16. An anni solares astronomici, ante diluvi-
um, ejusdem longitudinis fuerint cum nostris?

III. Ad d. 25. Aprilis. JOANNES CASTILIO-
NEUS, JCtus, Soc. Reg. Lond. Soc.

A. Prælectionis matutinæ materia erat : *De Ori-
gine, & progreſſu Matheſeoſ.*

B. Materiem Disputationis pomeridianæ suppe-
ditarunt sequentes QUAESTIONES :

1. Undenam sit, quod inter omnes humanas
divinasque scientias, sola illa quæ circa numerum
& quantitatem determinatam versatur, jam a pri-
mis seculis Mathematica appelletur ?

2. An ex falso directe erui possit verum ?

3. Puncta, lineæ, & superficies, quales a
Geometris definiuntur, quid sint ?

4. Quodnam sit in Geodesia optimum & tu-
cissimum instrumentum ?

5. An Geometricæ demonstrationes rebus phy-
ſicis applicari possint ? & debeant ?

6. An principium mechanicum, quod vires
ponderum sint in ratione reciproca distantiarum a
centro gravitatis, a priori generaliter demonstrari
possit ?

7. An veteres recentiores in conſtruendis ma-
chinis superarint ?

8. An vires vivæ sint ut quadrata velocitatum ?

9. Ex quinque ordinibus columnarum quinam
ſit elegantissimus, & quinam solidissimus ?

10. An in arte muniendi fossæ latiores profun-
dioribus, aquis plenæ, ſiccis ſint præferendæ ?

11. An data quantitate pulveris pyrii, & di-
ſtantia puncti feriendi, elevatio mortarii determi-
nari poſſit ?

12. Num hodierna præcepta imperatoria ex ve-
terum Græcorum præceptis ſint petita, an aliunde ?

13. An

13. An acies veterum Græcorum & Romanorum Cuneatæ, Lunatæ, Rhombiformes, inflexæ &c. non etiam in hodiernis aciebus construendis adhiberi possint?

14. An ex distantia duorum locorum sub eodem meridiano sitorum, in quibus ejusdem stellæ fixæ in meridiano existentis elevatio differt per unum gradum, concludi possit ad peripheriam circuli maximi, diametrum, superficiem & soliditatem Telluris?

15. Quid sit λοζοδρόμια, sive Rhombi in arte nautica, & in quo casu a nautis adhibeantur?

16. An lumen propagetur per momenta, an vero in instanti, per pressionem globulorum cœlestium; & si propagatur, an determinari possit ratio velocitatis Luminis e Sole emissi, ad velocitatem globi ex tormento bellico explosi, & quænam sit ejus ratio?

II. Exercitationum theol. practic. de Cura Animarum pastorali particulari quinta, quam sub præsidio Viri Clariss. J. JAC. SALCHLINI, V. D. M. Theol. Prof. O. pro consequendo S. Ministerii honore publice defenderunt Abrah. Mojer, & Lud. Rodolph. Bernæ. 1749. in 4. pl. 6. Comprehendit autem isthæc Dissertatio Sectionis II. Cap. I. de Visitationibus domesticis.

TUGIUM. Magnopere Patriam ejusque Historiam illustrat Vir Nobilissimus atque Literatissimus, qui proxime Lutetiæ Parisiorum publica Scheda sequentis operis spem & exspectationem suscitavit haud incertam: *HISTOIRE MILITAIRE des Suisses*

au Service de la France : avec les Pièces justificatives.
Dediee a S. A. S. Monseignr. LE PRINCE DE DOM-
BES, Colonel Général des Suisses & Grisons. Par
M. le Baron de ZURLAUBEN, Chevalier de l'Or-
dre Militaire de S. Louis, Brigadier ès armées du Roi,
Capitaine au Régiment des Gardes-Suisses de Sa Ma-
jesté, & Honoraire Etranger de l'Academie Royale des
Inscriptions & Belles-Lettres. En trois Volumes in
12. à Paris. 1749. En vero totius Operis ratio-
nem ipsius Autoris verbis : Après avoir exposé la
constitution du Corps Helvétiques , la situation
des Cantons & l'Etat de leurs Alliés , l'Auteur don-
ne le précis historique depuis l'origine de la Repu-
blique jusqu'en 1450. & il appuie par les preu-
ves les plus authentiques. Il rapporte ensuite dans
un ordre chronologique les alliances contractées
entre la France & la nation Suisse. Ces notions
générales le conduisent insensiblement à son prin-
cipal objet , qui est l'histoire des Troupes Suisses
au Service de la France. Il développe l'origine
de la dignité de Colonel . Général des Suisses &
Grisons , les prérogatives qui y sont attachées ,
la liste & les actions des Princes & des Seigneurs
qui ont été revêtus de cette charge. Les chapitres
suivans exposent la Création des Gardes-Suisses ,
la suite des Colonels , Lieutenans-Colonels & Ma-
jors de ce Régiment , les noms des Lieutenans.
Généraux , Maréchaux de Camp , Brigadiers , In-
specteurs d'Infanterie &c. qui ont servis ou ser-
vent actuellement dans ce Corps , l'enumeration
des Regimens levés ou possédés par de Capitaines
au Gardes Suisses , l'origine & l'état actuel de la
Compagnie générale des Suisses & Grisons , l'or-
dre historique des Compagnies qui ont composé

le Régiment des Gardes Suisses depuis son institution jusqu'à présent , les mutations qui y sont arrivées , ses prérogatives , les Batailles , Combats , Sieges où ce Corps s'est trouvé. On donne ensuite la liste des Officiers . Généraux qui ont servi ou servent dans les autres Troupes Suisses , & on rapporte également l'Histoire Militaire des Regimens Suisses & Grisons actuellement existant en France , avec la suite de leurs Colonels & Lieutenants . Colonels , & afin de ne point laisser dans l'oubli les actions de valeur , de fidelité & d'attachement que les Troupes Suisses ont fait paroître en différens tems pour le service de la France , l'Auteur fait mention des autres Regimens levés par les Suisses & Grisons , depuis la première alliance , quoiqu'ils ayent été réformés , & il donne de même le précis des actions de guerre auxquelles ils ont eu part. L'Ouvrage est terminé par deux objets également intéressans. On rapporte les noms & les armoiries des principales maisons & familles de Suisse , selon l'ordre des Cantons & des Alliés , & on donne un receuil des Ordonnances des Rois de France , qui concernent uniquement le service des militaires Suisses. L'Auteur a puisé dans les meilleures sources , & il s'est toujours fait une regle de travailler sur les pièces originales. Il a été assez heureux de rassembler depuis plusieurs années beaucoup de titres particuliers & de manuscrits autentiques qui l'ont aidés dans la Composition de cet Ouvrage ; mais il cite exactement à la marge tous les Ecrivains tant imprimés que manuscrits dont il a tiré des secours.

SCAPHUSIUM. Venerabilis Eccles. Scaphus. Decanus, quum per valetudinem affectam ad diem precum solennem non potuisset publice sacro suo officio defungi, duos Sermones sacros, privatim compositos typis exscriptos cum Auditoribus suis communicare voluit, ne suo officio oinno deesset: Praferunt autem hunc titulum: Christliche Fuß-Gedanken in schriftmässiger Erklärung und Zueignung der Wörten Pauli Röm. II: 4. auf den, den 11. Sept. 1749. Hoch-Öbrigkeitlich angesehenen öffentlichen Fast-Fuß-Bett-und Dank-Tag, abgesasset, und da sie mündlich nicht konnten vorgetragen werden, in zweien Predigten zum Druck überlass'n von EBENHARD KODECHY, Diener am Wort Gottes in der Kirche zu Schaffhausen. 1749. in 4. pl. 8. Atque oppido isti Sermones & præmorsos unguis & uncionem Spiritus sapiunt. Deceasit autem nuperime Ven. Decan.

BIENNA. Venerandus Pastor primarius Dom. WIL. DERMET nuper dedit Catechismum biblicum, qui ob simplicitatem & perspicuitatem suam quam maxime commendandus est, sub hac epigraphe: Catechetische Einleitung zur gründlichen Erforschung der wahren seligmachenden Religion aus der H. Schrift: Oder, Biblischer Catechismus, darinn die Grund-Wahrheiten und Haupt-Pflichten der Religion, nach der Ordnung und Inhalt des A. und N. Test. durch Fragen und Antworten, mit den Worten der Heil. Schrift selbs, kurz und einfältig vorgelegt werden: Für die, welche seiner Unterweisung anvertrauet sind, aufgesetzt und herausgegeben von J. C. G. Wildermet, Pfarrer zu Biel. 1749. in 8. pl. 24. Scilicet Vir venerandus diu in votis habuit, quod venerab. Spenerum in Consil. Theol. desiderasse legimus, cum ait: *Quam bene mereretur de Ecclesia, qui universam nostram Theologiam meris Spiritus S. indubitatis verbis confignaret!* Hinc quum nihil ejusmodi supppereret, quod infantum ac rudiorum institutioni esset accommodatum, quodque animos illorum ad sacros Libros diligentius scrutandum, accenderet, & quomodo in ejus Lectio-ne pia, non curiosa, versandum sit, edoceret, ipse in hoc Catechismo biblico ejus rei periculum facere voluit.